

V T I L I S S I M A  
S I M V L A C D O C T I S S I  
M A R E P E T I T I O L E G I S  
unicæ, c. Quo loco mulier,  
munera subire  
soleant.



D. IOANNE MAVRITO,  
Præfecturæ Burgundiæ Senatore  
spectatissimo, autore.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,  
1538.



COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

P. VAVCHARDVS

LECTORI S.



ITERIS mandauerunt ueteres astrorum pes  
riti, uniuersa tandem post certam annorum se-  
riem, completo segmentorum anfractu, ad id,  
unde progressa fuerant, circuli lege rursus redi-  
re, atq; denuo renasci. Quamobrem & Pytha-  
goras ille Samius παλιγγενετικός, ac regenerationem suam ma-  
gnopere sustulit, Tempora testatus clypeo Troiana refixo.  
Adseuerabat enim se bello Troiano interfuisse, clypeumq;  
quem tum in templo suspēderat, cùm post septingentos fer-  
me annos reuixisset, demonstrabat. Quam in sententiam Des-  
mocritum quoque transiisse scriptum reliquit grauissimus  
autor Plinius. Idq; ut existimo, non citra optimam rationem,  
dum quæ nostra ætate uisus, oculorumq; probatione explo-  
ratissima sunt, mecum animo reputo. Quis enim non cernit,  
ne multis ego exemplis conquirendis longius in re manife-  
sta immorer, quām necesse est: quis, inquam, non cernit lures  
consultos illos nostros, quos tantopere admirata est antiqui-  
tas, uenerata est, celebrauit, reuiuiscere iam, & renasci. En-  
tibi, ut interim alios silentij uelario præteream, Dn. Ioannes  
Mauritius, cuius tanta est in aperiundis obscurissimis felici-  
tas, in docendo cum fidelitate facilis, ut eum nō dubitaue-  
rim aut Papinianum alterum, aut Scæuolam, aut Vlpianum  
adfirmare à campis Elysījs remissum. Sciunt, qui superioris  
bus annis huic operam suam dederunt, cùm ius Cæsareum  
in celeberrima Academia Dolana profiteretur, quām mire  
legum cōtriarium, ut uidetur, nodos dissoluat, quām accu-  
rātē à scribentium errore ueritatem uindicet: id tamen aper-  
tius cognosci potest uel ex hoc eius de Muneribus libello,  
quem precibus amicorum uictus per Chalcotyporum for-  
mulas publicandum in præsentia curauit. Tanta enim cùm  
rerum cognitione, tum uerborum castigatissima ubertate

a 2. passim.

# V T I L I S S I M A<sup>9</sup>

## R E P E T I T I O L E G I S V-

### N I C A E , C . Q V O L O . M V

### L I E R . M V N E R A S V B -

### I R E S O L E A N T .



V I I N alicuius legis uersantur expla-  
natione, potiorem, rei ue assumptæ accura-  
tiorem hunc delegisse uisi sunt ordinem, ut  
primum exacta alsequantur diligentia, quæ  
ad instituti thematis purum conducunt in-  
tellectum, sine quibus difficulter negotij  
ueritatem adesse posse in comperto esse admittunt: quam ob  
id omnino sectandam, & neruis omnibus amplexandam hi  
consultant, quasi hoc præcipuo literati professoris officio in-  
cumbat: ut uel hac occasione quū iamiam se trutinanda haud  
inelegans, & docta, passimq; in omniū ore uentilata Munera-  
rum se offerat materia, sit ipso in capite excutienda, & ad  
amissim eius uocabuli explicanda energia, quā ue in re à  
dono ac xenijs discrepet: quod sublimis eruditionis Tho-  
mas Par pallias sua tempestate Thaurinensis Academiæ non  
poenitendus gymnasiarcha in l. placet. c. de sacrosan. eccl. ele-  
gante, & laboriosa admodum repetitione prima manu tan-  
tum remissiue attigisse uifus est, aiens eius uerbi tripartitam  
considerari significationem, quemadmodum ex mente iuris  
consulti in l. munus tribus. ff. de uerbor. & rerum sig. deduci  
is posse testatur, rem ipsam latiori declarationi non commis-  
tens: quæ tamen quum omnino sit necessaria, & plurimum  
præsentis legis intellectui accedens, prætermitti à me non  
potuit, qui uel primum in id incidentum duxerim, quod à

b Paulo